

Documentos oficiales de la Orden de San Agustín en España

ACTA CAPITULI PROVINCIALIS

PROVINCIAE CASTELLAE

ANNO MCMLVII

IN CONVENTU B. M. V. A BONO CONSILIO

LEGIONE

In nomine D. N. Jesu Christi benedicti. Amen.

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, die quarta mensis Julii celebrata sunt Comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius Provinciae Castellae in Conventu Legionensi prout a admodum R. P. Fr. Joanne García Alvarez Provinciali in diem quartam huius mensis indicta fuerant.

Itaque cum die tertia ad praedictum Conventum convenissent Patres vocales, die quarta Missa de Spiritu Sancto solemniter celebrata, post Vesperas, signo campanulae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc Pater Provincialis, praemissis praemittendis, mandavit, ut si quis a Revmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas, eas statim proferret. Et cum nullus litteras Revmi. P. Generalis ostenderet, ab adm. R. P. Provinciali, ad norman num. 787 NN. SS. Constitutionum, nominatus fuit Praeses Capituli Primus Definitor ultimi Capituli celebrati, nempe, R. P. Fr. Helladius Gutiérrez García, quia nullo

renuente, ab omnibus reverenter uti Praeses fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Iudices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt RR. PP. Lectores Fr. Paulus Bocanegra Relloso, Fr. Castor Gutiérrez Gutiérrez et Fr. Anthimus del Pozo Martínez.

Die sequenti feria sexta, Missa pro defunctis solemniter celebrata fuit. Post Vesperas adm. R. P. Praeses Consilium Capituli coadunavit ut dubium solveret circa ius ferendi suffragium Prioris Domus de Bragança, qui litteras de quibus in num. 782 NN. SS. Constitutionum non exhibuit, et, omnibus perpensis suffragiis undecim albis contra duo nigra ius suffragandi eidem fuit recognitum.

Sequenti Sabbato, die sexta, Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Lr. Paulum Bocanegra Relloso, Iudicem Causarum vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Adm. R. P. Helladius Gutiérrez García, Primus Def., Praeses Capituli.

Adm. R. P. Joannes García Alvarez, Provincialis emeritus.

RR. PP. Definitores, nempe:

- R. P. Gregorius Santos Martín, Secundus Definitor.
- R. P. Lr. Lucianus Vergara Unanua, Tertius Definitor.
- R. P. Herminius Negral Paniagua, Quartus Definitur.

RR. PP. Vicarii Provinciales, videlicet:

R. P. Antonius Zubillaga Uranga, Vicarius Provincialis Portoricensis.

R. P. Lr. Honorius Gutiérrez, Vicarius Provincialis Brasiliensis.

R. P. Mathias Boñar González, Vicarius Provincialis Jataiensis.

RR. PP. Priores Conventuum, nempe:

R. P. Petrus Mariezcurrena Iraizoz, Prior Domus de Calahorra.

R. P. Lr. Petronillus Gutiérrez Morán, Prior Domus de León.

R. P. Eulogius Rodríguez Sánchez, Prior Domus de San German.

R. P. Maximinus Alvarez Alvarez, Prior Domus de Santurce.

R. P. Lr. Anthimus del Pozo Martínez, Prior Domus de Bragança.

R. P. Lr. Nicanor Rodríguez Díez, Prior Domus de Campinas.

R. P. Lr. Castor Gutiérrez Gutiérrez, Prior Domus de Guernica.

R. P. Lr. Valerus López González, Prior Domus de Mayorga.

R. P. Emmanuel Campelo Robles, Prior Domus de Valencia.

R. P. Paulus Gutiérrez Flórez, Prior Domus de La Vega.

R. P. Lr. Philipus Morrondo Sangrador, Secretarius Provinciae.

RR. PP. Discreti Conventuales, scilicet:

R. P. Lr. Paulus Bocanegra Relloso, Discretus Domus de Calahorra.

R. P. Josephus Gutiérrez Rabanal, Discretus Domus de León.

R. P. Lr. Petrus Alvarez Fernández, Discretus Domus de San German.

R. P. Lr. Aurelius Alvarez Fernández, Discretus Domus de Bragança.

R. P. Florentius Herrero Velasco, Discretus Domus de Guernica.

R. P. Joannes Mariezcurrena Iraizoz, Discretus Domus de Valencia.

RR. PP. Discreti non conventuales, nempe:

R. P. Lr. Aurelius Martínez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Calella, de Mayorga et de Rentería.

R. P. Caesar A. García Estrada, Discretus Circumscriptionis Domorum de Santurce et de Aguada.

R. P. Franciscus Abril Pérez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Sao Paulo, de Campinas et de Atibaia et Perdoes.

R. P. Petrus Parra Romero, Discretus Circumscriptionis Domorum de Port Arthur et de Beaumont.

R. P. Emmanuel Prieto Juárez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Jatai, de Caiaponia et de Mineiros.

R. P. Lr. Alipius Martínez Fernández, Discretus Circumscriptionis Domorum de Río Verde et de Goiania.

R. P. Rufinus Martín Rodríguez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Cabo Rojo, de La Vega et de Boca Chica.

Dimissis autem vocem non habentibus atque ab omnibus electoribus iureiurando emisso de eligendis in Provincialem et in Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocuum per suffragia secreta: id est RR. PP. Antonius Zubillaga Uranga, Valerus López González et Emmanuel Campelo Robles, et iuramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est. Peracta inaniter prima et secunda scrutatione, in tertia electus fuit in Provincialem votis sexdecim R. P. Lr. Honorius Gutiérrez, et a primo Scrutatorum publicatus. Habuerunt etiam suffragia: R. P. Helladius Gutiérrez García, quinque; R. P. Joannes García Alvarez, tria; R. P. Paulus Gutiérrez Flórez, unum; R. P. Lr. Petrus Moratiel Yugueros, unum; R. P. Mathias Boñar González, unum. Duo suffragia ex his quae per schedas mitti debebant, non pervenerunt.

Cum electus in Provincialem a Capitulo esset absens

necesse fuit Capitulum interrumpere usque ad eius adventum.

Die duodecima mensis Julii cum electus ad locum Capituli pervenisset, emissis ab electo professione fidei et juramento contra Modernismum, in officio a Praesidente est confirmatus.

Deinde deductus fuit in Ecclesiam, ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manum deoscularunt.

De hac electione separatim publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutatoribus subsignatum, in archivo Provinciae asservandum.

Electione Provincialis expleta, ad R. P. Lr. Raphael Pérez González, Assistens Generalis, Litteras, Revmi. P. Commissarii Generalis praesentavit, quibus Praeses Capituli constituebatur et ab omnibus reverenter pro praeside fuit recognitus.

Eodem die post Vesperas ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, omnes Patres electores in Capitulo convenerunt, ut Definitores eligerent; servatisque servandi, electus fuit in Primum Definitorem, R. P. Rogerius Diez López, tredecim suffragiis, in Secundum, R. P. Antonius Zubillaga Uranga, suffragiis sexdecim; in Tertium, R. P. Lr. Philippus Morrondo Sangrador, novemdecim suffragiis; in Quartum, R. P. Florentius Herrero Velasco octodecim suffragiis. Definitorum vero in defectu: Primus est electus R. P. Lr. Gregorius Santos Martín qui habuit sexdecim suffragia; Secundus R. P. Justus Ramírez Galilea qui habuit viginti suffragia. In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Joannes García Alvarez.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum nostrarum Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti adm. RR. PP Raphael Pérez González, Assistens Generalis, Praesides, Honorius Gutiérrez, Provincialis electus, Joannes García Alvarez, Provincialis absolutus, et Definitores Rogerius Diez Ló-

pez, Antonius Zubillaga Uranga, Philippus Morrondo Sangrador et Florentius Herrero Velasco; qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

PRIMO: DEFINITIONES SEU DECRETA

I.—Omnes Religiosi Provinciae extra Hispaniam commorantes duas tantum Vicarias Provinciales efformabunt: Brasiliensem ab omnibus fratribus in Republica Brasiliara residentibus, et Portoricensem ab omnibus Religiosis in allis Nationibus, nempe: Republica Portoricensi, Republica Dominicana et in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis degentibus, constitutas.

II.—Examinatae et approbatae fuerunt rationes accepti expensi Provinciae, Vicariarum Provincialium et omnium Domorum Provinciae.

III.—Recognita sunt Acta Visitationis a P. Provinciali et a Vicariis Provincialibus peractae.

IV.—Auctoritatibus Nationalibus et Localibus Civitatis de Castellón de la Plana gratias quam maximas agimus ob donationem gratuitam nostri antiqui Conventus Sancti Augustini in eadem Civitate existentis, Provinciae factam et adm. R. P. Provinciali cum Definitoribus committimus ut ab Auctoritatibus ecclesiasticis necessaria requisita pro eiusdem erectione canonica obtinere satagat.

V.—Deficientibus Religiosis Provinciae necessariis pro Scholis tradendis in Collegiis iuventuti saeculari destinatis, facultatem tribuimus Superioribus horum Collegiorum, ut servatis servandis, possint vocare in adiutorium Professores Ordini extraneos, praesertim sacerdotes.

VI.—Cum in civitate de Bragança, in Vicaria Brasiliensi, locus aptus pro admissione et institutione Educandorum sit iam dispositus, volumus ut R. P. Vicarius Provincialis Brasiliensis quam citius ad constitutionem Domus ei Educandatus procedat.

VII.—Domus de Goiania, La Vega, Boca Chica et Ma-

drid in ultimo trienio canonico apertas et domos de Cabo Rojo de Aguada, de Port Arthur, de Bragança, de Campinas, de Sao Paulo et de Beaumont, canonice erectas, admittimus cum iuribus et oneribus sicut caeterae habent Provinciae Domus.

VIII.—Receptae sunt Litterae a Patribus Capituli Conventualis Domus de San German transmissae et easdem Ven. Definitorio pro opportuna solutione transmittimus, exceptis concessionibus in praesentibus Definitionibus factis.

IX.—Pro collecta seu taxa pro Prioris Generalis ejusdem Curiae provisione, omnes sacerdotes unoquoque mense unam missam ad intentionem ejusdem Rev.mi Patris celebrabunt.

X.—Lectae et approbatae sunt generali formula resolutiones Capitularum praecedentium.

XI.—Adm. R. P. Provincialis eligit pro sua residentia Domum Matritensem.

Provisio domus de Calella

Electus fuit in Priorem R. P. Basilius F. Fresno.

Provisio domus de Calahorra

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Helladius Gutiérrez García.

In Subpriorem R. P. Lr. Ignatius Herrero Velasco.

In Consiliarios, RR. PP. Gilbertus Gutiérrez García et Aurelianus García Carpintero.

In Sacristam, R. P. Emmanuel Suárez Suárez.

In Procuratorem, R. P. Lr. Paulus Bocanegra Relloso.

In Depositarium, R. P. Lr. Perfectus Alvarez Fontano.

In Magistrum Caeremoniarum, R. P. Lr. Ignatius Herrero Velasco.

Provisio Domus de León

Electi fuerunt:

In Priorem, R. P. Petronillus Gutiérrez Morán.
In Subpriorem, R. P. Petrus Mariezcurrena Iraizoz.
In Consiliarios, RR. PP. Gregorius Santos Martín,
Helladius de Castro Pelayo et Valerus López González.
In Sacristam et Magistrum Caeremoniarum, R. P. Lr.
Lucianus Vergara Unanua.
In Procuratorem, R. P. Antonius Puente Mirantes.
In Depositarium, R. P. Jesus Arnedo Martínez-Polo.

Provisio Domus de Guernica

Electi fuerunt:
In Priorem, R. P. Lr. Ramirus Florez Florez.
In Subpriorem, R. P. Herminius Negral Paniagua.
In Consiliarios, RR. PP. Herminius Negral Paniagua
et Basilius Estrada Robles.
In Sacristam, R. P. Basilius Estrada Robles.
In Procuratorem, R. P. Florentius Herrero Velasco.
In Depositarium, R. P. Ferdinandus Fernández Fer-
nández.

Promisio Domus de Mayorga

Electi fuerunt:
In Priorem, R. P. Justus Ramírez Galilea.
In Subpriorem, R. P. Michael Velasco Suárez.
In Consiliarios, RR. PP. Michael Velasco Suárez et
Joannes Alvarez Fernández.
In Sacristam, R. P. Joannes Alvarez Fernández.
In Procuratorem, R. P. Josephus Gutiérrez Rabanal.
In Depositarium, R. P. Def. Antonius Zubillaga Uranga.

Provisio Domus de Valencia

Electi fuerunt:
In Priorem, R. P. Ex-Prov. Lr. Petrus Moratiel Yugue-
ros.
In Subpriorem, R. P. Joannes Mariezcurrena Iraizoz.

In Consiliarios, RR. PP. Amator del Fueño Tuñón et
Lr. Emmanuel Alvarez de Juan.

In Sacristam, R. P. Petrus Sandoval Cembranos.

In Procuratorem, R. P. Romanus Orejas García.

In Depositarium, R. P. Maximinus Marcos Alvarez.

Provisio Domus de Madrid

Electus fuit in Priorem R. P. Fulgentius Morrondo
Pelayo.

Vicaria Portoricensis

Electi fuerunt:

In Vicarium Provinciale, R. P. Maximinus Alvarez
Alvarez.

In eiusdem Consiliarios, RR. PP. Eulogius Rodríguez
Sánchez, Caesar A. García Estrada et Gundisalvus Gon-
zález Pereda.

Provisio Domus de San German

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Donatus
Liébana Baro.

Provisio Domus de Cabo Rojo

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Franciscus
Larran Alvarez.

Provisio Domus de Aguada

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Carolus
Gutiérrez Gutiérrez.

Provisio Domus de Santurce

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Paulus Gu-
tiérrez Florez.

Provisio Domus de Por Arthur

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Petrus Parra
Romero.

Provisio Domus de Beaumont

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Ludovicus Urriza Tres.

Provisio Domus de La Vega

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Paulus Marín Solano.

Provisio Domus de Boca de Chica

Electus est in Priorem et Parochum, R. P. Candidus Herrero de la Puebla.

Vicaria Brasiliensis

Electus fuit in Vicarium Provinciale, R. P. Mathias Boñar González.

In eiusdem Consiliarios RR. PP. Nicanor Rodríguez Díez, Aurelius Alvarez Fernández et Jeremías Vega Vara.

Provisio Domus de Bragança

Electus fuit in Priorem, R. P. Lr. Modestus Santamarta Yugueros.

Provisio Domus de Campinas

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Felicianus Grande Domínguez.

Provisio Domus de Sao Paulo

Electus fuit in Priorem et Parochum R. P. Valentinus Díez Díez.

Provisio Domus de Gaoiania.

Electus fuit in Priorem et Parochum, R. P. Lr. Alipius Martínez Fernández.

ELECTIONES ALIORUM OFFICIALIUM:

Electi fuerunt:

In Aecomum Provinciae, R. P. Fulgentius Morrondo Pelayo.

In Depositarium Provinciae, R. P. Def. Rogerius Diez López.

In Magistrum Professorum, R. P. Aurelianus García Carpintero et in eiusden Socium R. P. Lr. Perfectus Alvarez Fontano.

In Magistrum Novitiorum, R. P. Gilbertus Gutiérrez García.

In Examinatores Ordinandorum et Confessariorum, RR. PP. Helladius Gutiérrez García, Lr. Ignatius Herrero Velasco et Lr. Paulus Bocanegra Relloso.

In Censores pro libris scriptis revisendis, RR. PP. Lr. Exprov. Angelus Monjas Huertas, Ramirus Florez Florez et Perfectus Alvarez Fontano.

In Examinatores Documentorum pro Novitiis, RR. PP. Helladius Gutiérrez García, Gilbertus Gutiérrez García et Lr. Paulus Bacanegra Relloso.

In Vicarium Monialium Renteriae, R. P. Julius Vallejo Muñoz.

In Definitorem Provinciae ad Capitulum Generale R. P. Gilbertus Gutiérrez García.

Caeterorum Officiorum provisio et ordinatio familiarum singularum domorum fiat in Hispania ad adm. R. P. Provinciali cum suo Definitorio; et in Vicariis Provincialibus Portoricensi et Brasiliensi a respectivis Vicariis Provinciali celebrando.

Ultimo designata fuit Domus de Leon pro futuro Capitulo Provinciali celebrando.

Priores electi, praesentes, ante confirmationem in professionem fidei et iuramentum contra Modernismum emisserunt.

Haec sunt, Rdme. Pater, Capituli nostri electiones et Acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. Rdmae. submise provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus

semper, nos prosequatur. Deus Opt. Max. P. V. Rmam.
Eremítico Ordini diu servet incolumem.

Datum Legionē in Conventu nostro B. M. V. a Bono
Consilio die 17 Julii anni 1957.

Fr. Raphael Pérez, Asis. Gen.

Capituli Praeses

Fr. Honorius Gutiérrez

Provincialis electus

Fr. Joannes García

Provincialis emeritus

Fr. Rogerius Díez

Primus Definitor

Fr. Antonius Zubillaga

Secundus Definitor

Fr. Philippus Morrondo

Tertius Definitor

Fr. Florentius Herrero

Quartus Definitor